# *Linguæ Hebraicæ*

# DELINEATIO.

---

Opera & Studio

H. KNOLLYS.

---

*LONDINI,*

Anno Domini, 1664.

# Ad Linguam Hebræam Carmen Protrepticon.

*Est operæ, Juvenes, priſcam tentare loquelam,*
*Et bene-quadratis diſcere verba notis.*
*Deguſtate bonas terræ Cananitidos uvas,*
*Ordine quas Radix hic ſata multa tulit.*
*Hoc Deus, hoc Vates uſt ſermone; coævo*
*Qui cum terrarum conditus orbe fuit.*
*Nec vos Retrogrado curſu Scriptura moretur,*
*Sponte velut vobis obvia nempe venit.*
*Quin hæc ſublimis ſequitur ſublimia rerum,*
*Naturamque refert æmula lingua ducem.*
*Retrogrado vehitur lampas Titania motu,*
*Quattuor ut vicibus gratior annus eat.*
*Servat idem reliquus Stellarum Erraticus ordo,*
*Quæ cedunt variis retrogradæque modis.*
*Stricta quidem prono decurrunt flumina lapſu,*
*Oceanus refluis oſtia complet aquis.*
*Eurus ab Aurora bacchantia flamina mittit,*
*Heſperio Zephyrus lenior orbe volat*
*Ergo age, Jordanias, Remex age, trajice lymphas;*
*Nam dum regrederis progrediere ſimul.*

---

*Hebraicæ*

# *Linguæ Hebraicæ Delineatio.*

Ebræi *Conſonantes* numerant viginti duas, quarum *Nomina*, *Figuras*, *Poteſtatem*, & *Numeros* ſequens TABELLA exhibet.

| Nom. | Fig. | Pot. | Num. | Nom. | Fig. | Pot. | Num. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Aleph | א | ' | 1 | Lamed | ל | l | 30 |
| Beth | ב | b | 2 | Mem | מ | m | 40 |
| Gimel | ג | g | 3 | Nun | נ | n | 50 |
| Daleth | ד | d | 4 | Samech | ס | ſ | 60 |
| He | ה | h | 5 | Ayin | ע | ' | 70 |
| Vau | ו | v | 6 | Phe | פ | f ph | 80 |
| Zain | ז | z | 7 | Tſade | צ | ts | 90 |
| Cheth | ח | ch | 8 | Qkoph | ק | q | 100 |
| Teth | ט | t | 9 | Reſh | ר | r | 200 |
| Yod | י | y | 10 | Shin | ש | ſh | 300 |
| Kaph | כ | k | 20 | Thau | ת | th | 400 |

Quinque Conſonantes ך ם ן ף ץ ſic ſcribuntur in fine vocis, ex quibus reliqui Centenarii coacervantur, *ſcil.* ך 500. ם 600. ן 700. ף 800. ץ 900. & ק 1000.

שׁ cum puncto dextro ſonat (*ſh*) cum ſiniſtro (*ſ*) quæ puncta ſæpe cum Holem co-incidunt: ut, מֹשֶׁה Moſhe, *Moſes*; שׁוֹנֵא Sonee, *hoſtis*.

Ratione organi diſtribuunt literas

in
- Gutturales א ה ח ע
- Labiales ב ו מ פ
- Palatinas ג י כ ק
- Linguales ד ט ל נ ת
- Dentales ז ס צ ר שׁ

Literæ ejuſdem organi ſæpe inter ſe commutantur.

Vocales ſunt quindecim:

| Longæ | | | Breves | | | Raptæ | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Kamets | ◌ָ | a | Patha | ◌ַ | a | Sheva | ◌ְ | e |
| Tſeri | ◌ֵ | ee | Segol | ◌ֶ | e | Patha nuda | ◌ַ | a |
| Hirek-magnum | ◌ִי | i | Hirek parvum | ◌ִ | i | Sheva patha | ◌ֲ | a |
| Holem | ◌ֹ | oo | Ko-mets | ◌ָ | o | Sheva ſegol | ◌ֱ | e |
| Shurek | ◌ֻ | u | Kib-buts | ◌ֻ | u | Sheva komets | ◌ֳ | o |

Hebræi

Hebræi legunt retrorſum, & ſonant etiam Conſonantes ante Vocales, niſi ע ח ה in fine dictionis; ut, מָשִׁיחַ Maſhiach, non Maſhicha, *Meſſias*, ſeu *Chriſtus*.

א ה ו י & ע ſunt literæ *quieſcentes*, א & ע omnino quieſcunt, etiam ה *finale* non legitur, ו & י carentes ſub vel poſt ſe Vocali quieſcunt.

*Excipe,*

1. (י) in fine dictionis poſt ־ִ movetur, & coaleſcit in quaſi—Diphthongum, ut אֲדֹנָי *domini mei*, legitur, Adonai; ſic יָדַי Iadai, *manus meæ*: גּוֹי Goi, *gens*: תָּלוּי Talui, *ſuſpenſus*.

2. (ו) in fine dictionis etiam movetur, licet Vocali careat: ut, פִּיו Piu, *os ejus*.

א ה ו י ſunt literæ *alternatæ*, quæ inter ſe invicem mutantur.

Syllaba longa deſinit in Vocali, brevis in Conſonante.

(ָ) in ſyllaba longa ſonat (*a*) in brevi (*o*).

*Holem* fæpe ſcribitur abſque (ו) : ut, קֹדֶשׁ Kodeſh, *ſanctitas.*

*Sheva* (ְ) legitur ab initio, ſub litera *Dageſhata*, poſt longam Vocalem, & poſt aliud Sheva, *alibi* quieſcit.

Punctum intra literam dicitur *Dageſh*, eſtque vel lene, vel forte.

Dageſh *lene* tollit aſpirationem literæ, & vel ab initio dictionis, vel poſt Sheva, vel in fine pingitur.

Dageſh *forte* duplicat literam : ut, שִׁבֶּר Shib-ber, *fregit*; eſtque triplex: 1. *Characteriſticum* in formatione ſecundæ & quartæ Conjugationis, 2. *Compenſativum* literæ deficientis, 3. *Euphonicum* ornatûs gratiâ.

Punctum in ה *finali* eſt Mappik.

Voces *Circello* notatæ aliter leguntur, ac ſcriptæ ſunt: ut, שְׁנֵיהֶם legitur מֵימֵי־רַגְלֵיהֶם Meme-Raglehem, *aquas pedum ſuorum*, 2 Reg. 18. 27.

Virgula (־) dicitur Makkaph, & voces conjungit : ut, אֵל־חֹק El-cok, *ipſum ſtatutum.*

Singulæ

Singulæ voces ſingulos habent Accentus ; ſed ante Makkaph nullus eſt accentus.

Si duo ſint Accentus in eadem dictione, prior dicitur Metheg, *h.e.* Mediatus accentus, quia mediatur inter Vocalem longam & ſyllabam brevem, vel contra.

Accentuum Nomina, Figuras, & locum vel ſupra vel infra literas hæc TABELLA oſtendit.

---

*Accentus ſupra Vocem dicuntur,*

Paſta א֫ Gereſh א֬ Geraſhaim א֭ Teliſha magnum א֮ Teliſha parvum א֯ Karnepara אְ Rhebia א֗ Sakeph major א֘ Sakeph minor א֙ Segolta א֚ Paſer א֛ Sarka א֜ Kadma א֝ Shalſheleth א֞.

*Accentus infra vocem,*

Atnach א֑ Munach א֒ Mapach א֓ Mercha א֔ Merchaim א֕ Darga א֖

Tiphka ֑ Tebhir ֛ Yerah ֜ Yetiph ֟ Silluk ׀.

In legendo Rhebia ֒ valet comma, Segolta ֓ facit ſemicolon; Arhnach ֞ conſtituit colon: Silluk ׀ periodum terminat.

---

## *De Nomine.*

NOmina ſunt Aptota, vel maſculini generis, quæ deſinunt Plurali in ים Duali vero in יִם. Vel fœminini, quæ exeunt ſingulari in ה aut ת, in Plurali (abjectis ה vel ת) deſinunt in וֹת.

Pluralia maſculina ſæpe mutant ים in ין Regiminis gratiâ, ſic aliquando etiam Dualia.

Imitantur id pauculæ Præpoſitiones; ut, אַחֲרֵי *poſt*, בִּלְעָדֵי *præter*.

Pauca maſculina formant pluralem in ין, more Chaldaïco.

Quædam maſculina formant pluralem more fœmininorum, & contrà; pauca utroque modo formantur.

Quædam

Quædam ſunt ſingularia tantùm, pauca tantùm pluralia, & nonnulla ſunt tantùm dualia.

Dualia ſunt, quæ vel naturâ, vel arte, vel aliquo modo ſunt duo; ut, יָד *manus*, יָדַיִם *amba manus.*

---

## *De Pronomine.*

PRonomina ſunt vel ſeperabilia, ve inſeparabilia ex illis contracta, quæ vocantur Affixa.

Seperabilia ſunt אֲנִי אָנֹכִי *Ego*, אֲנַחְנוּ נַחְנוּ *Nos*, אַתָּה *tu* vir, אַתְּ *tu* mulier, אַתֶּם *vos* maſc. אַתֶּן *vos* fœm. הוּא *ille*, הִיא *illa*, הֵמָּה הֵם *illi*, הֵנָּה הֵן *illæ*.

Inſeperabilia ſunt

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| ה נָה | ו הוּ | דְּ | הָ | י נִי |
| *illa* | *ille* | *tu* fœm. | *tu* maſc. | *ego.* |
| ן הֶן | ם הֶם | כֶּן | כֶם | נוּ |
| *illæ* | *illi* | *vos* fœm. | *vos* maſc. | *nos.* |

Relativum אֲשֶׁר eſt indeclinabile, etiam contrahitur in שֶׁ vel שֶׁ quæ dicuntur præfixa: ut, מָה שֶּׁהָיָה *id quod fuit.*

Interrogativum perſonæ מִי *quis?* & rei מָה מַה *quid?* & *alia* ſunt indeclinabilia.

---

## *De Verbo.*

UNicum Præteritum omnes ſpecies Præteritorum comprehendit: ut, פָּקַד *viſitabat, viſitavit, viſitaverat, viſitaverit, viſitaviſſet*, &c.

Præteritum octo habet terminationes poſt primam vocem, ה תָ תִ תִי, in ſingulari, וּ תֶם תֶן נוּ in plurali.

Hebræi utuntur Imperativo in deprecationibus & petitionibus, item in promiſſionibus, & in præceptis tantum affirmativis.

Imperativus tres habet terminationes ־ וּ נָה poſt primam vocem.

Futurum

Futurum habet quatuor literas formativas א ת י נ, retinétque terminationes Imperativi, ut in Verborum paradigmate videatis.

Verbum tres habet Perſonas, duo Genera, & quatuor Conjugationes: 1. Kal *Activæ vocis*, & Niphal *Paſſivæ*; 2. Piel *Activæ*, & Pyal *Paſsivæ*; 3. Hiphil *Activæ*, & Hophal *Paſsivæ*; 4. Hithpahel *reciprocæ vocis.*

Tertia perſona Præteriti Kal ipſum thema exhibet: ut, פָּקַד: cujus paſsiva Niphal habet נ *Characterem* Præteriti, & Participii, ה autem Imperativi & Infinitivi.

Secunda Conjugatio Piel, & Pyal habet Dageſh *forte* Characteriſticum in ſecunda Radicali: ut, פִּקֵּד & פֻּקַּד.

Tertia Hiphil & Hophal habet ה *Characteriſticam* præfixam: ut, הִפְקִיד & הָפְקַד.

Quarta Hithpahel habet הִתְ præfixum, quæ & formationem, & terminationem Piel retinet: ut, הִתְפַּקֵּד, ut videre eſt in Paradigmate verborū perfectorum.

## *Typus Conjugationum perfectarum.*

| Imperat. omnes. | | Præterita omnia. | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| פְּקוֹד | Kal. | 3. m. | קַד | פָּ | Kal. |
| הִפָּקֵד | Niph. | f. | קְדָה | נִפְּ | Niph. |
| פַּקֵּד | Piel. | 2. m. | קַדְתָּ | פִּ | Piel. |
| caret | Pyal. | f. | קַדְתְּ | פְּ | Pyal. |
| הִפְקֵד | Hiph. | 1. c. | קַדְתִּי | הִפְּ | Hiph. |
| caret | Hoph. | 3. c. | קְדוּ | הָפְּ | Hoph. |
| הִתְפַּקֵּד | Hith. | 2. m. | קַדְתֶּם | הִתְפּ | Hith. |
| | | f. | קַדְתֶּן | | |
| | | 1. c. | קַדְנוּ | | |

Postpone י *tu*, f. ו *vos*; m. נָה *vos* f.

Hæc

## *Hæc ſunt omnia Futura.*

| | *illæ* | *vos* f. | *illi* | *vos* m. | *nos* | *illa* | *ille* | *tu* f. | *tu* m. | *Ego* | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| פְּקוֹד | ת | י | ת | נ | ת | י | ת | ת | א | Kal. |
| פָּקֵד | . | . | . | . | . | . | . | . | ֶ | Niph. |
| פַּקֵּד | : | : | : | : | : | : | : | : | ֶ | Piel. |
| פֻּקַּד | : | : | : | : | : | : | : | : | ֶ | Pyal. |
| פְּקִיד | - | - | - | - | - | - | - | - | - | Hiph. |
| פֻּקַּד | ֻ | ֻ | ֻ | ֻ | ֻ | ֻ | ֻ | ֻ | ֻ | Hoph. |
| תְּפַקֵּד | . | . | . | . | . | . | . | . | ֶ | Hith. |
| | נָה | וּ | וּ | | | | י | | | |

Conjunge literas א ת י נ cum Vocalibus.

Infinitivus

Infinitivus idem eſt cum Imperativo & cum literis ב כ ל מ conſtituunt Infinitivi Gerundia : ut, בִּפְקוֹד *in viſitando*, לִפְקוֹד *ad viſitandum*.

---

## *De Participio.*

PArticipia ſunt vel Præſentis, vel Præteriti temporis ; ac formantur ut Nomina & Maſculini, & Fœminini generis. *ex.gra.*

| Part.præter. | | Part.præſ. | |
|---|---|---|---|
| פָּקוּד | m. | פּוֹקֵד | m. |
| פְּקוּדִים | | פּוֹקְדִים | |
| פְּקוּדָה | f. | פּוֹקֶדֶת | f. |
| פְּקוּדוֹת | | פּוֹקְדוֹת | |

Verba

THIS CHART WILL

FIRST CHART APP

AT THE END OF TI

UMI

RT WILL BE THE
ART APPEARING
ND OF THIS FILM.

UMI

UMI

Verba Anomala ſunt vel Defectiva, vel Quieſcentia.

Defectiva ſunt, quorum aliqua Radicalis litera inter flectendum excidit, & per Dageſh compenſatur.

In Defectivis (נ) Shevatum vel initio vel in medio abjicitur: ut, נִגַּשׁ ex נִנְגַּשׁ, אֶגַּשׁ pro אֶנְגַּשׁ *accedam.*

Sunt pauca Defectiva, in quibus (י) initiale abjicitur, & compenſatur aliquando per Dageſh in ſecunda radicali: ut, וְאִסַּרְתֶּם ex יִסַּר *caſtigavit.*

Duo à ל incipientes hanc Anomaliam imitantur; ſcil. לָקַח *accepit*, & ſemel לָחַע in Niph. נִלְחָעוּ *evulſi ſunt.*

Quieſcentia ſunt, quæ habent א ה ו י in initio, medio, aut fine Radicis, ut videatur in Paradigmate Anomalorum hùc locando.

Adverbia, Conjunctiones, Præpoſitiones, & Interjectiones non declinantur.

De

## *De Syntaxi.*

COnſtructio Hebræa in pleriſque cum Latina & Græca congruit.

Subſtantivum cum Subſtantivo parit Regimen, quod interdum Adjectivis competit, præcipuè in Participiis nominaliter acceptis : ut, עֹשֵׂה רָע *faciens*, h.e. *factor mali.*

Unum Plurale multis ſingularibus reſpondet : ut, אַבְרָהָם וְשָׂרָה זְקֵנִים *Abraham & Sarah ſenes.* Interdum etiam uni Singulari collectivo convenit : ut, מֵתוּ כָּל־הַצֹּאן *mortui totus grex.*

Numeri Arithmetici ſingulares junguntur Pluralibus, & contra : ut, חָמֵשׁ שָׁנִים *quinque anni*, חֲמִשִּׁים שָׁנָה *quinquaginta anni.*

Honoris gratiâ, Pluralis uſurpatur pro Singulari : ut, אַבְרָהָם אֲדֹנָיו *Abraham Domini ejus*, h. e. *Dominus ejus.*

Huc

Huc refertur vox אֱלֹהִים, quod non prorſus caret Myſterio.

Verbum cum Nomine convenit Genere, Numero, & Perſona: ut, אָמְרָה אִשָּׁה *dixit mulier.*

Hebræi Infinitivum cum proprio ſuo finito emphaticè conjungunt: ut, מוֹת תָּמוּת *moriendo morieris*, h.e. *certiſsimè morieris.*

Imperativis ferè poſtponuntur Infinitivi, tunc autem continuationem denotant: ut, גִּילוּ גִּיל *exultate exultando*, h.e. *aſsiduè exultate.*

Infinitivus aliquando ponitur loco Nominativi: ut, דַּעַת לְנָבוֹן נָקָל *ſcire intelligenti facile*, h.e. *ſcientia.*

Infinitivus etiam ponitur pro verbo finito, præſertim in narrationibus & mandatis: ut, הַחַיּוֹת רָצוֹת *animalia currere*, h.e. *currebant.* זָכוֹר אֶת־הַשַּׁבָּת *meminiſſe Sabbati*, h.e. *memento.*

Affectuum Verba eleganter contrahunt ſibi Præpoſitiones: ut, גַּנּוֹתִי עַל הָעִיר *protexi urbem.*

Ellipſis

Ellipsis verbi Substantivi præsentis est perpetua.

Vau (ו) conversivum mutat Præteritum in Futurum, & contra; quod accidit, quoties (ו) præfigitur Præterito, vel Futuro.

In re certò eventura Præteritum sæpe ponitur pro Futuro; & aliquando Futurum pro Præterito.

In rebus autem contingentibus vel Præteritum vel Futurum indifferenter pro Præsenti ponitur.

---

## *De Radicis Investigatione.*

RAdix ex tribus literis consistit.

Ut Radicem in unaquaque voce habere possis, ad sequentes attende Regulas:

1. Abjice ab initio literas (האמנתי) He emanticas, & præfixas (שכלב)

2. E medio (ו י) vocalium expletivas.

3. E

3. E fine Dictionum terminationes & ſuffixa.

His abjectis, ſi tres literæ maneant, ſunt Radicales, & Radicem oſtendunt.

Sin duæ, vel una ſolùm litera manebit, tunc Adde,

1. Initio verborum Imperfectorum א י נ.

2. Medio Quieſcentium, ו י, vel geminatorum alteram ſimilem.

3. Fini Anomalorum ה נ ת.

Qui componere novit, ſcit etiam reſolvere, & his non indiget præceptionibus.

---

Appendiculæ

# Appendiculæ quædam de Accentuum & Vocalium mutatione.

ANalogus Accentuum locus eſt apud ſecundam Radicalem poſt ejus Vocalem: ut, לָמַשׁ *acuit.*

A ſecunda recedit ad tertiam Radicalem, cùm tertia Radicalis vocalem accipit: ut, לָמַשְׁתִּי *acui.*

Si ſecunda vel tertia Radicalis ſit litera Quieſcens, tunc accentus movetur ad primam Radicalem: ut, אִישׁ *vir*, חֲטָאָה *peccatum.*

Sic etiam quando ſecunda & tertia Radicalis brevem facit ſyllabam: ut, מֶלֶךְ *Rex.*

Accentus recedit ad Servilem ſuffixam, quando illa facit ultimam vocis ſyllabam eſſe brevem: ut, פְּקֻדֵיהֶם *viſitâſtis.*

Accentus

Accentus retrahitur ex ultima in penultimam ob Vau (ו) converſivum Futuri: ut, וַיֹּסֶף *& addidit.*

*Vocales variè mutantur*; ſcil.

1. Longæ in breves, & hæ in illas, quæ *Immutatio* dicitur.

2. Longæ in longas, & breves in alias breves, quæ *Alternatio* dicitur.

3. Sheva unum in aliud vel ſimplex vel compoſitum, quæ *Contractio* dicitur.

4. Longæ vel breves in Sheva ſimplex (aut compoſitum ob gutturales) quæ *Permutatio* dicitur.

Omnis Mutatio inter vocales fit, vel Correptionis, vel Productionis, vel denique Permutationis gratiâ.

*Regulæ*

## *Regulæ Correptionis.*

1. ANtepenultimâ vocis longâ, Kamets & Tseri corripitur in Sheva.

2. Omne Sægol vocis Milhel crescentis corripitur in Sheva.

3. Sægol post Tseri vel Holem etiam corripitur in Sheva.

4. Vocales longæ defectivorum crescentium corripiuntur in analogas breves.

5. Tseri finale quodcunque ; item Holem & Patha verbi, ob incrementum corripiuntur in Sheva.

6. Terminales longæ propter Accentum retractum & ablatum corripiuntur in cognatas breves.

7. Termi-

Terminationes regiminis Kamets & Tſeri corripiuntur in Patha.

---

## *Regulæ Productionis.*

1. PRius duorum Shevajim initio dictionis concurrentium in Hirek parvum producitur.

2. Sheva mobile ante (ᵉ) producitur in ſimilem mediocrem.

3. Dageſh excluſum producit breves ᵉ ᵉ ᵉ in analogas longas ᵉ ᵉ ᵉ.

4. Tres compoſitæ ᵉ ᵉ ᵉ amittunt duo puncta ſua, ſi alia ſequatur.

---

*Regulæ*

## *Regulæ Permutationis.*

1. SHeva mobile ſub Gutturali mutatur in ֲ, ſed (ֶ) ſub ה ח ע, in fine dictionis, ſumitur pro (ֲ).

2. Tſeri & Holem verborum, propter ultimas Gutturales mutantur in Patha; etiam propter ר, & ſignificationem intranſitivam.

3. Patha ante הָ חָ עָ Kametzatas mutatur in Sægol, & (ָ) ante ultimas mutatur in Patha.

4. Simplicis Euphoniæ gratiâ permutatur (ָ) cum (ֶ) aliquando (ֵ) cum (ֵ) (ֶ) cum (ֱ) & (ֱ) cum (ָ) Komets.

5. Tandem differentiæ causâ recedunt quædam à Regulis.

Sic

Sic & alibi ſuperſunt Irregularia quædam, quæ rectiùs uſu, quàm Regulis, diſcuntur.

---

*F I N I S.*

---

## Verborum Anomalorum omnium Paradigma in Conjugatione K A L.

| Terminationes personarum. | *Dedit.* | *Invenit.* | *Demigravit.* | *Acceßit.* | *Cepit Tulit* | *Sedit.* | *Ambulavit.* | *Surrexit.* | *Circuivit.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | נתן | מצא | גלה | נגש | לקח | ישב | הלך | קום | סבב |
| | נתן | מצא | גלה | נגש | קח | ישב | הלך | קם | סב |
| ה- ת- | נתנ | מצא | גלת | נגש | קח | ישב | הלכ | קמ | סבּ |
| תְּ | נת | מצא | גלי | נגש | קח | ישב | הלכ | קם | סבּוּ |
| תְּ | נת | מצא | גלי | נגש | קח | ישב | הלכ | קם | סבּוּ |
| תִּי | נת | מצא | גלי | נגש | קח | ישב | הלכ | קם | סבּוּ |
| וּ | נתן | מצא | גל | נגש | קח | ישב | הלכ | קמ | סבּ |
| תֶּם | נת | מצא | גלי | נגש | קח | ישב | הלכ | קמ | סבּוּ |
| תֶּן | נת | מצא | גלי | נגש | קח | ישב | הלכ | קמ | סבּוּ |
| נוּ | נת | מצא | גלי | נגש | קח | ישב | הלכ | קמ | סבּוּ |
| | תן | מצא | גלה | גש | קח | שב | לך | קום | סוב |
| י | תנ | מצא | גל | גש | קח | שב | לכ | קום | סוּבּ |
| וּ | תנ | מצא | גל | גש | קח | שב | לכ | קום | סוּבּ |
| נָה | ת | מצא | גל | גש | קח | שב | לכ | קומ | סוּבּ |
| | תן | מצא | גלה | גש | קח | שב | לך | קום | סוב |
| | תן | מצא | גלה | גש | קח | שב | לך | קום | סוב |
| י | תנ | מצא | גל | גש | קח | שב | לכ | קום | סוּבּ |
| | תן | מצא | גלה | גש | קח | שב | לך | קום | סוב |
| | תן | מצא | גלה | גש | קח | שב | לך | קום | סוב |
| וּ | תנ | מצא | גל | גש | קח | שב | לכ | קום | סוּבּ |
| נָה | תנ | מצא | גלי | גש | קח | שב | לכ | קום | סוב |
| וּ | תנ | מצא | גל | גש | קח | שב | לכ | קום | סוּבּ |
| נָה | תנ | מצא | גלי | גש | קח | שב | לכ | קום | סוב |
| | ת | מצא | גלה | גשת | קח | שב | לכ | קום | סוב |

## Paradigma Verborum Analogicorum omnium in Conjugatione K A L.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Sing. Præter. | 3. | m. | פקד |
| | | f. | פקד |
| | 2. | m. | פקד |
| | | f. | פקד |
| | 1. c. | | פקד |
| Plur. Præter. | 3. c. | | פקד |
| | 2. | m. | פקד |
| | | f. | פקד |
| | 1. c. | | פקד |
| Sing. Imper. | 2. | m. | פקד |
| | | f. | פקד |
| Plur. Imper. | 2. | m. | פקד |
| | | f. | פקד |
| Sing. Futur. | 1. c. | א | פקד |
| | 3. | m. | פקד |
| | | f. | פקד |
| | 2. | m. | פקד |
| | | f. | פקד |
| Plur. Futur. | 1. c. | נ | פקד |
| | 3. | m. | פקד |
| | | f. | פקד |
| | 2. | m. | פקד |
| | | f. | פקד |
| Infin. | | *Visitare.* | פקד |

Add this to Fol. 9.